

qvò suppositionem personalem optimè cognoscere possumus.
Et patet ex oppositō, in suppositione enim simplici nullum
signum præfigitur nec præfigi potest, in hāc verò præfigitur &
præfigi potest, si non est præfixum.

3. Omne nomen, sub qvō licet descendere, persona- Tertium.
liter accipitur.

§. XXXIV. Personalis suppositio dispescitur in natu- Divisio perso-
rale & accidentalem. Naturalis est acceptio nominis pro nalis in natu-
omnibus, pro qyibus potest accipi, ut in hāc propositione: ralem & acci-
homo est animal rationale. Accidentalis est acceptio nominis dentalem.
non pro omnibus, sed pro aliquibus tantūm, v. g. Quidam,
puer factus est senex, qvæ propositio intelligenda venit hoc
modo: Quidam puer, qvitalis fuit, factus est senex; Item qvæ-
dam arbor nascetur ex surculo, qvæ sic intelligenda: Qvædam
arbor, qvæ talis erit, nascetur ex surculo. Similem in modum
cum dico in hāc enunciatione: Quidam studiosus factus est Pro-
fessor, qvæ in hunc modum intelligenda, qvi talis fuit, fa-
ctus est professor. Hanc distinctionem in suppositionem na-
turem & accidentalem si callemus, scribit D. Titius, a) opus
non habemus Ampliatione, Statu, Restrictione, Distractione,
Appellatione.

a) in tract. de suppos. p. 25.

§. XXXV. Subdividitur suppositio personalis 1) in, Subdivisio
confusam & distinctam a) *Distincta* est acceptio nominis, qvâ suppositionis
nomen accipitur pro omnibus, qvibus aptum natum est compe- personalis 1)
tere, ut: omnis homo est animal. Hic homo accipitur pro in confusam &
Petro, Paulo, Johanne, Martino, &c. Et qvisqvis sub hominis distinctam.
conceptu continetur. Ideoq; ab aliis, a) rectè dicitur distributi-
va *καὶ ἐξοχὴν* cùm descensu distributivō explicanda sit.
Aliis etiam audit universalis, aliis copulativa. *Confusa* est ac-
ceptio nominis, qvā nomen accipitur non pro omnibus, qvibus
per naturam suam convenit, sed pro qvibusdam incertis, qvi-
bus prædicatum attribui permittit; Ideoq; disjunctivē expli-
caridebet, ut: Quidam homo est doctus; ubi non licet dicere,
qvod